

**4651** Apollini Granno et sanctae Hygiae . . . . . [.. at. deum i[p]s[o]-  
rum pro salute Luc . . . .

*Faimingen in alveo Danuvii rep., est Augsburg (III 3873 cf. III S. p. 1834  
viderunt Mommsen et Hirschfeld).*

**4652** Apollini | Granno et | sanctae | Sironae | sacrum.

*Romae (VI 36 descr. Smetius aliique).*

**4653** Apollini | et Sironae | idem<sup>1</sup> | Taurus (in lateribus iuvenis, vir;  
in parte postica: Apollo).

*Luxovii (Luxeuil) in Sequanis in thermis rep. (XIII 5224 vidit Hirschfeld).  
Eodem loco prodit N. 4680<sup>a</sup>, ubi vide. — 1) idem potius quam itidem. Alia ara ab  
eodem Tauro iuxta videtur fuisse statuta.*

*Apollini et Sironae praeterea dicati sunt tituli XIII 6272. 6458 (= Bram-  
bach 919. 1597 = Orell. 2048. 2047). III 5388.*

**4654** Sironae | Abducietus | Toceti fil. | v. s. l. m.

*Burdigalae (XIII 582 vidit Hirschfeld).*

**4655** (protome muliebris) deae Sironae | Maior Ma|giati filius | v.  
s. l. m.

*St.-Avoird rep., postea Argentorati (Robert épigraphie de la Moselle I p. 93).  
Deae Sironae dedicati sunt praeterea tituli Treverensis (Brambach n. 814; Hettner  
Steindenkmäler des Museums zu Trier n. 49), ubi item scriptum est DIRON-, ali-  
que complures (XIII 6327 = Brambach 1698 = Henzen 5912; XIII 3443; Ann.  
Rhenan. 44/5, 1868 p. 63).*

**4656** deo Apollini Borvoni | et Damonae | C. Daminius | Ferox civis |  
Lingonus ex | voto.

*Bourbonne-les-Bains, inter Langres et Epinal (XIII 5911 Zangemeister vidit  
ectypum gypsaceum). Eodem loco alii multi tituli eisdem Borvoni et Damonae  
positi reperti sunt (XIII 5912 seq.; Chabouillet rev. arch. n. s. 39, 1880 p. 18 seq.). —  
A Borvone (N. 4658. 4659 not. 3) sive Bormone (N. 4659), deo sine dubio aquarum  
salutarium, apparet et hunc locum nomen habere et alia similiter appellata, Bourbon  
Lancy (cf. N. 4659) et Bourbon l'Archambault. Hoc loco (Bourbon l'Archambault)  
qui extant fontes calidi, ii videntur esse qui in tabula Peutingerana appellantur  
Aquaе Bormonis. Eidem deo dedicati sunt ad Aquas Sabaudiae (Aix-les-Bains) tituli  
XII 2443. 2444. Etiam Bormanum et Bormanam (infra N. 4670), item deum Borman-  
nicum (supra N. 4514), huc pertinere probabile est (videndum an huc non per-  
tineat etiam V 7504).*

**4657** Aug. sacr. | deo Albio et Damonae<sup>1</sup> Sex. Mart. | Cocillus ex  
iussu eius v. s. l. m.

*Prope Arnay-le-Duc, inter Autun et Dijon, ad thermas (source minérale de  
Maizières) vas aeneum olim inauratum, litteris punctim scriptis (XIII 2840; delineavit  
Villefosse bull. des antiquaires de France 1899 p. 322). — 1) Cf. N. 4656. 4659.*

**4658** Aug. sacr. deo | Borvoni et Candi|do aerari<sup>1</sup> sub cu|ra Leonis  
et Mar|ciani ex voto r.<sup>2</sup>; | aerari dona.<sup>3</sup>

*Entrains (inter Auxerre et Nevers), ubi fuit Intaranum vicus Senonum (XIII  
2901 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) Intellege fabros aerarios. — 2) Restitue-  
runt? — 3) Aerarii donaverunt.*